


203085

Bibliotheca Hung. Sankovichiana

C. ord. 13.



INSCRIPTIONES
ROMANO TRANSILVANICAE

HONORIBUS

EXCELLENTISSIMI

ILLUST^{AC}RISSIMI
DOMINI DOMINI
COMITIS

ANDREAE

HAD^{AB}IK

MAGNAE CRUCIS INSIGNIS
ORDINIS MILITARIS REGIO-THERESIANI EQUITIS,
SS. CC. ET APOSTOLICO-REGIARUM MAJ.

ACTUALIS INTIMI STATUS CONSILIARII,
GENERALIS EQUITATUS,

UNIUS INCL. LEGIONIS UNGARICAE EQUESTRI
ORDINIS TRIBUNI,

REGII COMISSARII,

EXCELSIQUE GUBERNIALIS CONSILII REGII

MAGNI PRINCIPATUS TRANSILVANIAE

PRAESIDIS,

AC PER EUNDEM PRINCIPATUM, PARTESQUE EIDEM
REAPPLICATAS SUPREMI CAESAREO-REGIORUM
ARMORUM PRAEFECTI

^{ET}
BUDENSIS GUBERNATORIS.


OBLATAE

^{AB}
ILLUSTRISSIMO

L. B. JOSEPHO THOROCZKAY

DE THOROCZKO.

AA. LL. PHILOSOPHIAE. ET MATHESIOS AUDITORE.



CLAUDIO POLI

TYPIS COLLEGII ACADEMICI SOCIETATIS JESU. ANNO M. DCC. LXVII.

Young
o. p.
99

ROMANO TRANSILVANICAE
EXCELLENTISSIMI
ILLUSTRISSIMI
DOMINI DOMINIS
COMITIS
ANDREAE

AB
HADA I K

MAGNAE CRUCIS INSIGNIS
ORDINIS MILITARIS REGIO- THERESIANI EQUITIS
SS. CC. ET APOSTOLICO-REGIARUM MAJ.
ACTUALIS INTIMI STATUS CONSILIARI
GENERALIS EQUITATUS
HUIUS INCL. LEGIONIS HUNGARICAE CAESARIS
ORDINIS TRIBUNI
REGII COMISSARI



601183

EXCELLENTE GUBERNALIS CONSILII REGII
MAGNI PRINCIPALIS TRANSILVANICAE
PRAESEDIS
AC PER EUNDEM PRINCIPALIS PARITATE EIDEM
REPUBLICAE SUPREMI CAESAREO REGIUM
ARMORUM PRAEFECTI



ET
BUDAENSIS GUBERNATORIS

O B L A T A E

ILLUSTRIMO
203.085



L. B. JOSEPHO THOROCZKY
DE THOROCZKO
DA LL. PHILOSOPHIAE ET MATHESEOS ADBITORE

CLAUDIOPOLI
Typis Collegii Academici Societatis Jesu. Anno M. DC. LXXV.

EXCELLENTISSIME COMES
H E R O S
ERUDITISSIME!



*N*ter arma Musæ Langvent : TIBI Pallas Vi-
ctoriarum præmium Numum Othonis aureum medios inter
armorum strepitus detulit : Qualis quantusve HEROS, qui
Martem, Pallademque sociasti ! Optarem porticum illam TI-
BI statuere, quam Pæcile dictam post Marathoniæ Victori-
am Miltiadi construxerant Athenienses¹¹; at enim utro ma-
jor sis : Sago, an Toga : definiant alii. ; Boni omnes id
precamur ; ut qui TE Marti simul, & Palladi immolas,
antequam Victima occumbas, TEMET TIBI reddere velis,
atque testimonio numorum (Vitellius etiam TIBI præsto est)
facias palam : Scriptores multos, vel sibi non constare, vel
Lacunis intermissos medicam manum desiderare. Quæ-
sivit olim Arrianus (in Periplo maris rubri) utrum

EXCELLENTISSIME COMES
HEROS
ERUDITISSIME!

Barygasis ad Gangem usque Alexander M. penetravit :

Αφ' οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιὰ προχωρεῖσι δραχμαὶ γραμμασίῃ ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι: Ἐπίσημα τῶν μετ' Ἀλέξανδρον βασιλευκότων Ἀπολλοδότου, καὶ Μενάνδρου.

Ex quo ad hæc usque tempora in Barygasis antiquæ Drachmæ reperiuntur, Grecis insculptæ Literis cum insignibus Apollodoti, & Menandri, qui post Alexandri obitum illic regnarunt &c. Potuisses HEROS ERUDITISSIME Arriano huic suppetias tulisse e TUIS Syro-Macedonibus, quorum TIBI mirifica supellex. Patere igitur HEROS Inclyte, ut supellectili TUÆ pro tenuitate mea fœnerer, & quoniam Livius, Polybiusque familiares TUI, æquam Lapidum Inscriptionibus deferunt auctoritatem, has Inscriptiones Romano-Transilvanicas TUIS gratiis dicem, & consecrem.

Clientum Infimus

L. B. JOSEPHUS THOROCZKAY.



CONSERVATOR
P. AELIUS CHRISTUS
EX VOTO SUSCEPTO
ARAM CONSERVAVIT.

ALBÆ JULIÆ

Nunc

CAROLINÆ

Saxo, præter geminam defunctorum effigiem hæc erant insculpta.

NISI UTILE EST, QVOD FACIMVS
STVLTA EST, GLORIA.

II.

IOVI SVMO EX
SVPERANTISSIMO.

DIVINARVM HV
MANARVM QVE
RERVM RECTORI.
FATORVM QVE AR
BITRO

. . . . PRO
. . . . LEG

Quia hæc Albæ Juliæ inventa est. Supplendum esset LEG. XIII.
vel VII. Apulensis. Splendidiora Jovis apposita reperies nuspiam.

III.

IOVI STATORI.
HERCVLI VICTORI.
M. VLP. NERVA TRA
IANVS CAESAR
VICTO DECEBALO.
DOMITA DACIA.
VOTVM SOLVIT.

Inter Jovis cognomina sunt etiam Diespiter. Capitolinus. Victor.
Magnus. Æternus. Servator: ut e sequenti patet.

A

IV.



IV.

IOVI.

OPTIMO MAXIMO.

SERVATORI.

CONSERVATOR.

P. AELIVS CHRESTUS.

EX VOTO SVSCEPTO

ARAM CONSECRAVIT.

V.

DEO MAG

NO ÆTERN.

L. STATIVS DI

ODORVS QVOT,

SE PRECIBVS

COMPOTEM

FECISSET

V. S. L. M.

ÆTENR. Lege Æterno Lælius Staius &c.

VI.

SILVANO.

ALGINVS.

MARIANVS.

LEG. LEG. XIII. G.


Panaque, Silvanumque Patrem, Nymphasque sorores Georgic.
L. 2. v. 494.

Legatus legionis XIII. Duo genera legatorum: Consulares, & Prætorii, quorum ille toti exercitui præerat; isti legionibus singulis bini.

Ductores Teucrum primi, & dilecta Juventus, Consilium summi Regni de rebus habebant *Virgilius*.

Legio Ulpiana, id est decima tertia Gemina, angustas illas portæ ferreæ fauces, cui proxima fuit, adversus impetum Sarmatarum, observabat. Apulensis vero VII. & I. Adjutrix Jazygibus oppositæ erant. Fuerunt plures in Dacia Legiones, sed Tertia - decimani, & septimani lapides frequentissimi, qui Carolinæ nunc etiam in multis domorum stratis visuntur. Vide Tacit. L. 2. Zamoscium p. 85. editione Anni 1593.

VII.



VII.

CÆLESTI AVGVSTAE.
 AESCVLAPIO. AV
 GVSTO. ET GENIO
 CARTHAGINIS. ET
 GENIO. DACIARUM.
 OLVS. TERENCEIVS.
 PV DENS. VFFEDI.
 LEG. XIII. GEM. LEG.
 AV G. PRO. PRÆT.
 PROVINTIAE RETIAE.

Veneri in aliis inscriptionibus æternæ Cœlesti
 - - - - - colitur

Moræ Deæ, nomenque loci, ceu Numen adorant. *Prudentius.*
Terentius Vivens Fecit, Factum eis dari iussit. Legionis XIII.
 Geminae Legatus Augusti Pro Prætor.

VIII.

PRO SALVTE
 DOMINI NOSTRI
 SANCTISSIMI AN
 TONINI PII. AV G.
 NYMPHIS. NOVIS.
 SACRVM, RVSTRIVS.
 SVPLICIA.
 LEG. XIII. G. ANIO.

Ex noxiorum bonis sacra facere consueverant delatis non in æ-
 rarium mulctis, sed ad aras Deorum, velut anathematibus.

ANIO Absolvit Nomine Ipsius Obtulit, id est, supplicia.

IX.

I M. C A E S.
 M. AVR. ANT. AV G. III. ET
 I M P. C A E S.
 L. AVR. VER. AV G. II. COS.
 PER. LEG. XIII. G. SVB. CVRA.
 P. FVRI. SATVRNINI. LEG.
 PR. PR. COS. DES.

Imperatore Cæsare Marco Aurelio Antonino Augusto tertium &
 Imperatore Cæsare Lucio Aurelio vero Augusto secundum Consuli-
 bus per Legionem XIII. Geminam sub cura Publii Furi Saturnini
 Legionis pro Prætor consul designatus.



X.

TIB. IVL. FLACCI
 LEG. AVG. PROVIN. C.
 COL. VLP. TRAI. AVG. DAC.

S. COLOM. A IMPERATOR,

Statuit Columnam Augusto Imperatori Flaccius Legatus. In Colonia Ulpia Trajana dicta, ubi hæc steterit præmissis pluribus inscriptionibus definiemus.

XI.

C. CVRT.
 OLLIVS. TROGVS.
 VIARVM CVRANDARVM.
 QVAESTORI VRBANO.
 INTER TRIBVNITIOS. ADI. V. DAD,
 PRAETORI. PEREGRINO. III. III. VIRO
 TVRMIS DVCENDIS PRAEFECTO. VIME
 NI DAIDI
 CVRATORI VIAE. CLODIAE. ANNIAE. CAS
 SIAE. GEMINAE. LEG. IMP. ANTONINI. AVG. PII.
 LEG. XXX. VAL. VICT. PROCON. PROVINCAE.
 COLLIAE. LEG. PRI. IMP. ANTON. AVG. PII.
 PROVINCAE DACIAE.
 COL. VLP. TRAIANA DACIC.
 SARMIZEC. PATRONO.

Via Clodia (putat Zamoscus) significare viam, quæ Claudio-
 polis Urbis territorium secabat. Ænnia Enyedinum perstringebat.
 Cassia ultra Apulum, seu Albam ducebat. Provinciæ Colliæ, seu
 a collibus dictæ, nunc Transalpinga.


XII.

Ostrobini. Est vicus in Provincia Vajda-Hunyad.
 SEVERO PIO.
 COLONIA VLP. I A.
 TRAIANA AVG.
 DACIC. SARMIZ.

XIII.

Item Ostrobini sequentes.
 ROMVLO PARENTI MARTI AVXILIATORI
 FELICIBVS AVSPICIIS CAESARIS DIVI NERVÆ
 TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA
 DACICA ZARMIS PER M. SCAVRIANVM
 EIVS PR. PR.

XIV.



XIV.

ET FORTVNAE SECVNDAE.
 CAES. M. ANTONINI. IMP.
 M. LICINIVS. COR. II. VIR.
 COL. DAC. SARMIZ. ET FLA
 MEN DIALIS. SIGNVM. IO
 VIS. EX VETVSTATE. RE
 STITVIT.

Licinius hic Duum vir Coligniæ fuit. Duum virorum officium fuit varium, alii sacris faciendis, & custodiendis libris sybillinis præficiabantur, alii Duum-viri erant ædium sacrarum Locandarum vel restituendarum, item Duum-viri Navales, denique Duum-viri perduellionis. Licinius vero hic ædium sacrarum &c. Duum vir fuerit quia etiam Flamen Dialis, id est Sacerdos, Jovis ministerio adsignatus fuit.

XV.

IMP. CAES.
 M. ANTONIO GOR
 DIANO. PRO FELICI.
 AVG. PONTIF. MAX.
 TRIB. POT. II. COS. PP.
 COLONIA. VLPPIA,
 TRAIANA. AVG. DACIC.
 SARMIZ. METROP.
 DICATISSIMA NV
 MINI MAIESTATI
 QUE EIVS.

XVI.

IMR. CAES.
 M. AELIO ANTONINO
 PIO AVG. PONT. MAX.
 TRIB. POT. XVI. PP.
 CVIVS NVTV ET AVSPI
 CIIS PROVINCIA DACI
 CA GVBERNATVR. M.
 SVRRIANVS PR. PR.
 NVMINI EIVS.

XVII.

IMP. CAES. DIVI NERVÆ
 TRAIANO HADRIANO AVG.
 PONT. MAX. COS. III. PP.
 CVIVS VIRTUTE DACIA IMP
 RIO ADDITA FELIX EST
 M. ARRIVS Q. R. COL. VL
 PIAE TRAIANAE SARMIZ
 DEVOTVS NVMINI EIVS
 EX VOTO P.



XVIII.

IMP. CAES. ANTONINO,

PIO. AVG. COLONIA.

SARMIZAE GETHUSA.

Zamoscius inquit : Trajanus postquam Decebalum regno pariter, & vita exuit, regiam ejus, Ulpiam Trajanam de se cognominavit, quæ antea Sarmiz vocabatur, cui etiam alterum nomen additum Æthusa, ac postea Ægethusa, denique coacervatis nominibus priscis, & recentibus dicta est; Ulpia Trajana, Sarmiz Ægethusa. Porro Æthusa dicta est a colonis Græcis, nam & Bizantium, quod nunc Constantinopolis est, Æthusam fuisse dictam asserit Volaterranus. Quoniam vero lapides plurimi his similes, aut qui Coloniae Ulpiae Trajanæ Dacicæ meminerunt in Valle Háczek, Várhely, Ostrovii, Brettæ, Kornésdii, Gradistiae eruti sunt, quid vetat statuere hanc inibi coloniam extitisse? novem Inscriptiones sat, superque istud testantur.

XIX.

T. LAELIVS T. F. VET.

FLAMEN. SAC. Q.

COL. APVL. ARAM

HANC ROMAE CON.

P. S. F. C.

Titus Lælius Titi filius Veturianus id est e tribu Veturia Flamen Sacerdos Quirinalis Coloniae Apulensis Aram hanc Romæ conditori proprio sumpto Faciendam curavit. Extat hæc ad Templum Valachorum Albæ.

XX.

PVB. AELIAE IVLIANAE

MARCELLAE, SP. GIL. P. AEL.

IVLIAN. ET. Q. R. FLAMEN. ET

II. VIRAL. COL. APVL.

ET ADOPTIV. P. AEL. MARCELLI


VE. EX PRAEF. LEGG. VII.

CL. ET I. ADIVT. DADES ET

FILETVS ACTOR.

Zamoscius interpretatur: Publiæ Æliae Julianæ, Marcellæ Spuriae Filiae: Publius Ælius Julianus ex tribu Veturia Quæstor Reipublicæ; Flamen & Duum Viralis Coloniae Apuli, & adoptivus Publii Ælii Marcelli Veterani ex Præfectura Legionum Septimæ Claudiae, & Primæ Adjutricis. Dades, & Filetus actor Dades id est Curator Ἐπιτολὴ τῆς ἀαδύναςιν φίλῆτος autem amabilem significat.

XXI.



XXI.

IBERO PATR.
IB. CL. RVFVS.
DEC. COL. ET
FLAMEN.
MVN. APVL.

Coloniarum Municipiorumque Senatores erant simul Decuriones.
Decurio Palmyrenus apud Sext. Ruf. Princeps Civitatis.

XXII.

ESCVLAPIO ET HYGIAE
L. SEP. NIGRINVS. PATRO.
COLL. FABR. COL. APVL.
PRO SALVTE SVA ET SVORVM
POSUIT.

Patri Collegii Fabrorum Coloniae Apuliensis.

XXIII.

NUMINI
ESCVLAPI
C. IVL. METROP.
ANOS. II. COL.
SARM. SACERD.
DEI EIVSDEM PON.
TIF. Q. Q. II, VIR. COL.
APVLI EX VOTO.

XXIV.

AVRELIAE APOLLONIAE,
T. AEL. LVPVS. COR.
PONTIF. ET II. VIRAL.
COLONIAE APVLENSIS.
MATRI CARISSIMAE.

Titus Aelius Lupus de Tribu Cornelia, e qua etiam Cicero fuit.
Senae istae inscriptiones Albae repertae palam faciunt hanc fuisse
partem Coloniae Apuli, prope fluvium Ampoi.

Danubiusque rapax, & Dacicus orbe remoto Apulus. *Ovidius*
de flu. Ampoi.

Scriptores complures asserunt Marusium mediam coloniam Apu-
lum interluisse.



XXV.

AESCVLAPIO. ET
 HYGIAE P. AEL. SY
 RV S. AVG. M. SEP. APV
 ET VALE SEVERA CON
 IVX ET AEL. SVRA FI
 LIA EX VOTO PORTI
 CVM. PEDES. XXX. E

Publius Ælius Syrus Augustalis Militum Legionis VII. Apulen-
 sis, & Valeria Coniux, & Ælia Syra Filia ex voto Porticum altam
 Pedes xxx. erexerunt. Augustales dicebantur, qui primos ordines
 in bello ducebant. Ita Veget. Rei milit. L. 2. c. 7.
 Dicebantur etiam Augustales Cæsarei ministri.

XXVI.

C. ATRIVS C, F. GRVTA
 MINA CRESCENS C.
 APVLI MIL. LEG. XIII.
 GEM. VIXIT. A. XXXV.
 VALENTINVS,

XXVII.

L. O. M. IVNONI. MI
 NERVÆ ET AESCV
 LAPIO: DOMINO
 SEPTIM. ASC, HER
 MES. LIBERTVS
 NVMINIS, AES
 CVLAPI HABENS,
 ORNAMENT, DEC,
 COL. APVLE, AVG,
 COL. EIVSDEM
 V. P.


Forte Medices gnarus se se prædicat Æsculapii habere ornamen-
 tum, & ob felicem medicaminum successum voto posuit hoc monu-
 mentum. Istud Hermes cognomen a Trismegisto Philosopho mutua-
 tum innuit.

XXVIII.

M. Q. DONATVS
 SILVANO AVG.
 SACR.
 V. S. L. M.

Votum solvit libero munere.

XXIX:



XXIX.

PRO SAL. AVGG.
MART. CONSER.

PAEL RVFINVS.

ADIVTOR.

OFF. RAT. VOVIT

CORNIC. PRAEF.

CASTR. LEG. XIII. G.

V. L. P.

Vovit Cornicularius Praefecti Castrorum Legionis XIII. Geminae. Cornicularii milites beneficiarii erant Tribunorum, & Centurionum. Corniculo merere ait Svetonius. Nunc etiam beneficiarii famuli Valachico idiomate Gornik vocantur.

XXX.

IMP. GENIO

GORDIANI

PII INVICTI

AVG. PETRONIVS

POLIANVS V. C.

GORD. LEG. AVG.

P. PR. R. ET

IM BELGICARVM.

Genio Imperatoris, nimirum cujusque rei dicebatur suus Genius. Prudentius contra Symmachum L. 2. v. 444.

Quamquam cur Genium mihi fingitis, unum cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis adsignare suos Genios.

XXXI.


I. O, M.

ET DISPENATIBVS
SCAVRIANVS.

Geniis affines erant domestici Dii, seu Penates. Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo Cura penum struere, & flammis adolere Penates.

Aen. L. I. v. 708.

Scaurianus forte e profapia illius Scauri, qui Carbonaria vitam tolerare coactus, Nobilissimus subinde Grammaticus, & praceptor fuit Alexandri Severi.



XXXII.

Æ S C V L A P I O.

ET H Y G I A E.

P. A N T O N I V S.

S A T V R N I

N V S. D. C. C. O.

V. S. L. M.

Hygeia Æsculapii Filia.

Decurio Coloniae constitutus Votum solvit Libero Munere,
Forte ob redditam valetudinem.

XXXIII.

ISIDI. MYRIONI

M. A. C. I V L. M A R

T I A L I S P A T E R E T

L. L I V I V S. V I C T O R I

N V S. Q U A E S T O R.

COLLEGIO ISIDIS.

D. D.

Isidem Myrionem scribit a Cognomine Ægypti rege, ubi Isis summe colebatur. Romæ Sacerdotibus Isidis, cujus cultus Pisone, & Gabino Consulibus, utpote turpissimorum conventus, prohibitus est, a Fla. Domitiano summus deferebatur.

XXXIV.

S O L I I N V I C T O.

A E D E M R E S T I T V I T.

C. C A V R E L L I V S.

S A B I N V S. L E G. A V G.

L E G. X I I I. G E M.

XXXV.

S O L I S A C R.

Q. C A E C I L I V S.


L A E T V S. A V G.

L E G. X I I I. G.

V. S. G.

Sol Romanis cultus Templis, & Ludis. Antonius omnes Deorum cultus exstructo templo Solis Heliogabali in monte Palatino ad hoc unum voluit transferri. Forte hujus Solis templum Carolinæ inchoarunt ubi hæc eruta sunt.

XXXVI.



XXXVI.

SOLI
 INVICTO.
 C. CAECILIVS.
 LAETVS.
 LEG. AVG.
 LEG. XIII. G.
 V. L. S.

An vero in Aranyas-Lonya, ubi hic Lapis repertus est, fuerit Templum Solis, non liquet; istud pro explorato habemus: Albæ Juliae, nunc Carolinae, Solis templum stetisse.

XXXVII.


SOLI.
 Q. MARCIUS VICTOR.
 FELIX. MAXIM
 LIANVS. LEG. AVG.
 LEG. XIII. GE. F. PVLIA
 FENA. CAELLIANA.
 C. FEIVS. ET P. MARTIVS,
 VICTOR. MAXIMILIANVS.
 G. P. FILIVS VOTO.

Soli, quem G. P. Genii parentum instar colebat, Filius voto dedit.

XXXVIII.

I. O. M. IVNONI. REGINAE.
 PRO SALVTE IMP. M. AVR. AN
 TONINI. PII. AVG. ET IVLIAE. AVG.
 MATRIS. AVG. M. VLPIVS. MUCIANVS.
 MIL. LEG. XIII. GEM. HOROLOGIARE
 TEMPLVM. A SOLO, DE, SVO,
 EX VOTO FECIT.
 FALCONE ET CLARO COSS.

Ulpus itaque Mucianus Albæ Juliae ubi hæc inventa, templum Horologiare de suo propriis impendiis erexit. Templi Sacerdos seu Flamen, Solis Sacerdos sacra adcurabat. Juliae Augustæ Matris meminit, seu Juliae Domnæ Aug. uti in numis municipalibus Colon. Laodiceæ. Cæs. Antiochiæ &c. legitur. Fuit hæc septimii Severi uxor, Noverca Caracallæ, Mater Getæ, quorum discordes animos ita affatur inquit Herodian. L. 4. Terram quidem, & mare inveniatis, o filii quomodo divideretis, Matrem autem qua ratione dividetis?



XXXIX.

Alba Carolina.

I. O. M.

CONSERVATORI
M. VALERIVS. LON
GINVS. VC. LEG. LEG.
XIII. GEM. SEVERI
ANAE. CVM SVIS.
EX VOTO.

XL.

Alba Carolina.

D. D. O.

HECATENI PATRES
EX DE ARAM POSIERVNT
C. CAST. PVLC.
DVETRINAREI.
TITANE. RVF.
PRO. SVLT. SV.
MILTQ. LEG. XII.

Diis Optimis Hecateni Patres ex devotione aram posuerunt, Cae-
jus, Castorius, Pulcer Duetrianei, Titaneo Rufo pro salute sua, mi-
litumque Legionis XII.


Hecateni id est ab Hecate sic dicta, cujus sacra procurabant
Duetrianei ex cognomine Loco orti. *Leg. XII.* tametsi haec in Da-
cia fuisse non Legatur, poterant tamen in ea esse aliqui ad illam
pertinentes.

XLI.

C. RVTILIO. COCLITI. C. F:
VIRO GYMNASIARCHAE.
LEG. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI.
AVG. PROPR. DACIAE HONORVM.
OMNIVM. CANDIDATO. PRAEF. LEG.
XIII. G. DONATO. SACRA. CORONA.
MVRALI. OB REM FORTITER CESTA.
IN. EXPEDICIONE DACICA. S. L. Q.
VIP. TRHIA. SARM. PATRONO.
DE REP. B. M. P.

Corona muralis velut muri pinnis decorata dari solita est ab Im-
peratore ei, qui primus hostilem murum subiit. Coronae militares
praecipuae octo erant, Triumphalis, Obsidionalis, Civica, Muralis,
Castrensis, Navalis, Ovalis, Oleagina. Hastae muralis, Vexillorum,
totidem nempe praemiorum meminit haec inscriptio Albae Juliae eru-
ta, & a Zamoscio recitata.

XLII.



XLII.

C. IVL. GE. THEVEST.

CORINTHIANO. PRAEF.

COH. VII. GALL. TRIBVN.

COH. I. BRITT. ITEM VEXIL.

DACOR. PARTHIC. CVI.

OB VIRTVTEM SVAM.

SACRATISSIMI IMP. CORO

NAM MVRALE. HASTAM

PVRAM. & VEX LVNARGENT.

INSIGNE. DEDERVNT.

PRAEF. ALAE. CAMPA. Q.

IDEM . . . VIXIT ANNIS.

XXXIX.

MARCIVS ARRIANVS.

ET IVLI. CLINASET.

PISONATVS. HE

REDES. FC.

Vexillum Lunargenteum hoc est lunæ instar candidum aut Luna argentea insignitum. Luna vexillis adhibita singularis imperii imago erat. Arrianus hic forte ex illa familia cujus numum memorat Zamoscus, pars Antica refert: MARRIVS SECVNDVS. Postica: Coronam Muralem & Clathrum, in quorum medio hasta, sunt autem Clathri portarum munimina, ejusdem argumenti Lapidem commendat idem Zamoscus in eodem ostrov vico detectum.

XLIII.

M. LICINIO. MUCIANO. CENS.

CRESCENTI. EQ.

NIS. VI. & XIII. G. DONIS DONATO

TVTEM. ET FORTITVDINEM.

BELLO DACICO. AB. IMP. TRA

IANO.

CORONA VICTRICI. PVRA HASTA

TOR

QVIBVS ARMILLIS. PHALERIS. 7.

COH.

I. DACIC. VIGIL. 7. COH. VII. PR.

PRIMI

PILARI. ALAE CAMPANAE. DEX.

CVRATORI. REIP. EADEM. PLEPS.

ORDOQ. TRAIANEN. PATRONO.

B. M. P.

Zamoscus ita interpretatur: Marco Licinio Muciano Cenfori, Crescenti Æquiti præfecto legionis septimæ, & decimæ Tertiae Geminae, donis donato &c. Centurioni cohortis primæ Dacicæ, Vigili, Centurioni cohortis septimæ prætoriae. Primipilari alæ Campanæ

D. dextra

✻ ○ ✻

dextræ &c. patrono bene merenti posuit. Hic est Mucianus ille :
qui a Tacito L. 3. hist. Dacos rebellantes opposita, sua Le-
gione repressisse scribitur, ubi pro vi. num. vii. est legendus; sexta
enim nuspiam in Lapidibus legitur. Numerus 7. opinione Zamoscii
Centurionem significat, pro qua roboranda hæc recitat.

XLIV.

C. IAVOLENVS MODESTVS.

7. LEG. XIII. GEMINAE.

MERCVRIO. AVG. SACR.

V. S. L. M.

Cajus Javolenus modestus

Centurrio Legionis xiii. Geminæ

Mercurio Augusto Sacrum

Votum Solvit Libero Munere.

XLV.

Albæ.

I. O. M.

ET CONSESSV DEORVM

DEARVMQVE PRO

SALVTE IMPERII

ROMANI ET VIRTUTE

LEG. XIII. G. SVB M. STATIC

PRISCO CONSVLE DE

SIGNATO DEMONSTR.

PER

I. AVRELIVM IPOPHIVM

PONENTI SIGNVM IOVIS ET

ARAM. P. S. F.

XLVI.

Brettæ.

APOLLINI GRANNO

ET SIRONAE DIS PRAE

SENTIBVS Q. AXIVS AELI

ANVS V. E. PROC. AVG. C.

XLVII.

Prope Albam.

M. SEPTIMVS S. C. F.


MENTI. FIDEI Q. DEAB

PRAESSENTIBVS

EX VOTO S. P.

Tot tamque variis Diis, Deabusque illudit Ovidius: Facta Dea
est Fornax, Læti gaudete Coloni.

XLVIII.



XLVIII.

Prope Tordam.

VIXI. DVM VIXI BENE IAM

MEA PERACTA. MOX VESTRA
AGETVR FABVLA. VALETE. ET

PLAVDITE. VIX. ANNIS. LXVII.

SVLPITIAE. AVIAE. C. PLAVTIA

NVS B. M. P. Bene Meritæ Pofuit.

XLIX.

Bodogfalvæ.

DIS MANIBVS

MEMORIAE C. REGVLI MORIBVS

DECORE NATALIBVS. DD. HYA

CINTHO.

VEL NARCISSO COMPARANDI QVI

VIXIT AN. XII. M. III. TER IN PV

BLICO

SPECTANT. S. P. Q. TRAIANEN

QVATER

IN CVRIA SPECTANTE IMP. M.

ANTONINI

PROCOS. SALTAVIT CANTAVIT

IOCIS

OMNES OBLECTAVIT. CVNCTIS

PLACVIT

FELIX REGVLVS PATER INFELIX

ANIMAE INNOCENTISSIMAE

L. H. L. D.

L.

Prope Ulpiam.

LAEVIAE SVAE NEPTI

CARISSIMAE AVIA LVCRE

TIA SOLA SENEX. DE SVO V.

VIXIT AN. VII. M. V.

Vixit Annis septem mensibus quinque.

LI.

Ostrochovii.

D. M.

QVAE PRIOR DEBVI MORI VRGEN

TIBVS FATIS EILIVS VNICVS ME

PRAEVERTIT. QVOD MISERRIMVM


FATV EST LAELIA SOLA MATER

INFELICISSIMA. HERCVLI FILIO

CARISSIMO. P. VIXIT ANN. IX.

M. V. D. XIII.

Sola Mater feu orba, deplorat unigenitum.



LII.

IMP. CAES. ANT. GORDIANVS
PIVS PELIX INVICTVS AVG.
BASILICAM LEGVM AC - - -

Tordæ in Templi propyleo, quod forum spectat, hæc visuntur,
sed ubi hæc Basilica juris dicundi steterit, exploratum non est. Ba-
filica LEGVM juris Dicundi in foro a Romanis Locabatur.

LIII.

IOVI MONITORI
CONSERVATORI QVE
LEG. AVG. LEG. XIII. GEM.
SOMNO MONITVS.

Propert. l. 2. Eleg. 29. v. 27.
Vadit & hinc Castæ narrabat somnia Vestæ
Quæ sibi, quæque mihi non nocitura forent.
Sil. l. 8. - - sub lucem ut visa secudent
Oro coeliculas, & vivo purgor in omni.

LIV.

Columna in alveo Marusii reperta.
SILVANO SANCTO
LAEMIL CARSLAE
CA VC PR. PR. III. DA
CIARVM.

LV.


HERCVLI SALV
TIFERO Q. VIB.
AMILIVS AVG. COL.
DAC. PRO. SALVTE
IVLIANI FILI SVI.

LVI.

NEMESI
AVG.
VITALIS
C. A. RON.
V. S.

Nemesi Augusti, Vitalis, Cæsaria Rationibus Votum solvit.

LVII.



LVII.

Alba.

DEO SILVANO
SILVESTRI

COLON. C. A Q V I L I
N V S V E T. L E G. X I I I. G.

Sunt mihi femidei, sunt rustica numina Fauni
Et Nymphæ Satyrique & monticolæ Silvani,

Ovid. Metam l. i. v. 192.

LVIII.

Prope Albam.

MARTI AVG.

PRO SALVTE IMP.

CAES. M. ANTONI

GORDIANI PII

FELICIS AVG.

M. ANTONIVS

VALENTINVS

E Q. R. D. M. A P V L.

SACERDOS ARAE

A V G.

CORONATVS DAC

III. D. D.

Valentinus hic Decurio simul & Sacerdos fuit, quia in oppidis municipiisque primores, opulentissimique ad Sacerdotii munus eligebantur.

LIX.

Torda.

IMP. CAES. - EP - SEVERVS

P. PERT. AVG. ARAB ADIA

ENIC. PONT. MAX. TIB.

T-T. VIII. IMP. VII. COS. II. PRO

COS. PP. LEG. V. MAC . . DON

DEDIT. DEDICANT. E. P. SEPTI

MO GETA LEG. AVG. PR. PR.

CVRA AGENTE TIB. C. CLAV

DIANO LEG. AVG.

Macellum Dono dedit, Macellum Augusti plures memorant Lapidem. Erat autem priscis Macellum, in quo omnia quæ ad victum pertinerent, vœnum ibant.

E

Seri.



*Series inscriptionum quam nunc adnectimus, pertinet ad
commendandam rem Metallurgicam.*

LX.

EX VOT. XXX.

MAGNO ET INVICTO IMP. CAES.
T. AELIO. HADRIANO ANTONINO
PIO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT
XVI. COS. III. PP. PRO SALVTE ET
FELICI PONT. MAX. ET ANNIAE
FAVSTIMAE. AVG. CONIVGI. C. CLO.
VI PRAEF. M. DACORVM. IASSIORVM.
HANC STATVAM IN AVRARIA
HVMINIBVS MAIESTAT. Q. EORVM.
Hæc in Marmoræ Ulpiano.

LXI.

TI. SERRANVS EXACTOR
A. A. A. AVG. AESCVLAPIO.
SVPER SALVTE CONIVGIS
CRISPINILLAE B. M.
H. S. P.
Exactor Auri Argenti Æris. Albæ Juliæ.

LXII.

Zalathnæ.

D. M.

VLP IAN . . .
METTR . . .
PHIMP . . .
CONIVGI
S AN CT I S
S I M AE
NEPTVN . . .
LISAE GNI
PROC. AVR.
Procurator Aurariæ.

LXIII.

Zalathnæ.

D. O. M.

TAVRELIVS
DIOCLES B.
PROC. AVR.

LXIV.



LXIV.

Zalathna.

I. O. M.

PRO SALVTE IMPERATORIS
COLLEG. AVRARIARVM
L. CALPVRNIVS.

D. D.

Collegium Aurariarum.

LXV.

PRO SALVTE

DOM. N. N.

L. SEP. SEVER.

M. AVR. ANTO

NINI ET

C. CAES. AVGG.

D. DICAT

VIII. K. AVG.

MVCIANO ET FABIANO

CONSS.

COLL. AVRAR.

In ruderibus Patroissæ ad Zalathnam nunc est vicus Petrifan.

LXVI.

Ad vicum Kornesd.

C. CVRTIO C.

POLLIA RVFIN

TRIBVNO LATIC.

LEG. XIII. GEM. IIIVIR

A. A. A.

COL. VLPIA TRAIANA.

DACIC. SARMIZ

Triumviro Auri Argenti Æris.

LXVII.

D. M.

M. VLPIO AVG. LIB.

HERMIAE

PROC. AVRARIARVM

CVIVS RELIQVIAE EX

INDVLGENTIA AVG. N.

ROMAM LATÆ SVNT

SALONINA PALESTRICE

CONIVNX ET DIOGENES


LIB. BENEMERITI

FECER.

VIXIT AN. LV.

E

LXVIII.



LXVIII.

Torda.

P. AELIO T. F. QVAEST. R.

AVRI LVSTRALIS COACTORI
AC CIVITATVM VOLMERII ET
PETOVII CVRATONI. Q. LAE
LIVS AESOPIVS. B. M. M. P.

Aurum Lustrale, quod singulis Lustris pendendum erat.

LXIX.

IOVI INVENTORI

DITI PATRI TERRAE MATRI
DETECTIS DACIAE THESAVRIS
DIV. NERVA TRAIANVS CAES. AVG.
VOTVM SOLVIT

Quid de his thesauris sentiendum sit, Vide Minerologiam M.P.
Transilvaniae pag. 41.

LXX.

Ostrovii.

I. O. M. D.

PRO SALVTEM BASS.

AQVILAE ET GAI. GALANI

EX COLL. FABR. DEC. IIII.
V. S. I. M.

LXXI.

Ostrovii.

I. O. M. AETerno

TEF. FLAVIANVS

AVG. M. S. AP. ET DEC.

COLL. FABR. V. NA. CLA

V. DIA CONIVGE SVA

QVOD PRO SE T-FLAVIIS

RESTITVTO FLAVINO

IANVARIO. - - -

FL. S. SVIS VOVERVNT.

V. S. L. M.

LXXII.

IVL. HERCVLANVS

DE SCOL. FAB. NR. A. G.

VIXIT A. LXXX.

Erant Romanis Fabricae ferrariae diversae uti sunt: Sagittaria, Lori-
caria, scutaria, Ballistaria, Clibanaria, Spatharia, quorum causa, scho-
la & Collegium Fabrorum tam in Ulpia Trajana, quam Apulo erecta
sunt, uti adlatae testantur inscriptiones.

LXXIII.

LXXIII.

M. PAPIRIO M. F. COR.

PRAEF. GOH. L. PANN. IN DACIA
 PRAEF. RIPAE. TIBISSI. DANUVII.
 CVRATORI. PONTIS. AVG. IN MOESIA
 IL. VIRO POP. PLEBQ. VLPIA TRAIAN.
 SAR. PATR. H. M. P.

Hunc ad Ulpianam Trajanam inventum esse testatur Zamofcius, colligitque discrimen Moesiam inter, & Mysiam, illam Danubio proximam, hanc in Asia sitam esse contendit.

LXXIV.

C. MARIUS DRVSVS C. F. PR. PR.
 DICTVS EX PROVINCIA DACICA

TRIBVNVS LATICLAVIALIS PRAEF.
 LEG. XIII. G. FONTIVM AQVARVMQ.
 COELESTIVM EX MONTIBVS DELABÈ
 TIVM TORRENTI SVFFLAMEN HIS
 MVRIS FOSSAQ. OPPOSVIT ET AD
 PLANA PERDVXIT.

Hæc ad prima Ulpiae Moenia legebantur. Cura reficiendorum fontium, aquæ ductuum, viarum, pontium erat Proprætoribus commendata, qui ut ait Svetonius latum gestabant Clavum, atque in provinciis velut Tribuni Laticlaviales cum potestate ac præfectura, mille fere militibus præerant.

LXXV.

IMP. CAES. DIV. TRAIAN.

PARTHICI F. DIVI NERVAE NEP.
 TRAIAN. HADRIAN. PONT.

MAXIMO TRIB. POTEST XVI. COS. III.
 PP. AQVA INDVCTA COLON. DACIC.
 SARMIZ. PER C. M. PAPIRIVM AELIANVM
 LEGATVM EIVS PRPR.

Forte idem hic Papirius qui supra, ripæ Danubii, & Tibissi Curator scribitur, aquam in Coloniam SS. supra scriptam induxit.

LXXVI.

D. M.
 M. VIBIO M. F. TER

FONTIS RVBICONIS

CASTELLARIO AGRIP

PINA CONIVX MARITO

DILECTO SIBI ET SVIS P.

Vocabant Castellum locum illum, in quem aquæ derivabantur, qui huic præerat Castellarius dictus est. Hæc etiam ad Ulpianam legitur.



LXXVII.

C. CVR TIO POLLIA. RVFIN.

TRIBVNO LATICL. LEG. XIII.

GEM. III. VIR. A A A. FF.

COL. VLP. TRAIAN DACICA SARM.

Laticlavi jus habere. idem est ac Senatorium munus, ut superius inuimus. Ovid. Trist. l. 4. Eleg. X.

Curia restabat, clavi mensura coacta est,
Majus erat nostris viribus illud onus.

LXXVIII.

Alba.

D. M.

P. AELIVS VETVS

MIL. LEG. XIII. G. TI.

P. V. VIX

LXXIX.

Brettæ.

M. D.

O IVLIVS. SECVNDI

VE LEG. XIII. G. VI.

AN. LX. O. F. IVL. SEC.

F. P. P.

Hanc Zamoscius Brettæ inventam quiddam Hieroglyphicum docere tradit. Forte Diis Manibus obtulit Julius Secundianus veteranus Legionis XIII. Geminae vixit Annos sexaginta opus fecit Julius Secundianus Filius Patri Posuit.

LXXX.

In Scriptoribus rerum Ung. a Schandtnero editis sequentes extant sine ulla sui interpretatione.

F O R T V N A E

R E D V C I L A R I

V I A L I R O M A E

A E T E R N A E

Q. A X I V S A E L I A

N V S V E. P R O C.

A V G.


I O N I.

Lares Viales, compitales, privati, publici appellati, quod compitis, viisque publicis praessent. Ovid. Fast. l. 2. v. 592. & 615.

Fitque gravis, geminosque parit qui compita feryant,

Et vigilant nostra semper in aede Lares.

LXXXI.



LXXXI.

Alba.

P. AEL. ATHENO
DORVS VIXIT

ANN. III. D. X. L.

LXXXII.

Alba.

TVTICIAE ADRASTILLAE

VIXIT ANN. XXVIII. M. II. D. XX.

TVTICIA VICTORIA FIL

ET HERES MATRI

KARISSIMAE.

Vixit annis viginti novem mensibus duobus, diebus viginti.

LXXXIII.

Alba.

S. I. M. TVRRANVS MARCELLINVS
ET ANISENECIO IVNIOR CONDVCTORES ARMEN.
EX VOTO POSVERVNT

LXXXIV.

Alba.

D. M.

C. VRBICI CON

DVNVS. M. L. XIII. G.

S. XV. XXX. VRB.

ICI. INCENV

XX. VRBIC. XEN. IIV. AX.

VRB. SPECI. F. B. M.

LXXXV.

Alba.

P. AEL. ANTIPAT

RO MARCELLO

EQ. R. DEC. COL. AP.

FIL. P. AEL. ANTIPA

TRI AMIL. IIVIR.

CL. SS. ET ADOPTIVO


P. AEL. MARCELLI. V.

ET EX PRAEF. LEGI

ON. VII. CLAVD. E. I. ADIVT.

DADES E FILETVS ACTOR.

En septimæ Claudiae & primæ adjutricis testimonium luculentum.



LXXXVI.

L. FL. VALENS
OB HONOREM
FLAMONII

B. P. D.

Quid bono Publico dederit non liquet.

LXXXVII.

I. O. M.

CONSERVATOR
CALISTVS. AVG.

NOSTRIVER

NA DISPEN

SATOR. ET COR

NELIA EIVS

PRO SE. E. SVIS.

Verna hic pro Dispensatore sumitur in aliis Romanis inscriptionibus etiam pro Villico uti ista: Tuscus Augustorum nostrorum Verna Villicus Tutelæ votum reddidit.

Nec de plebe domus, nec ávaræ Verna Catastæ,

Sed Domini Sancto dignus amore puer,

Mart. 1. 6. Epigr. 29.

LXXXVIII.

Albæ.

D. M.

P. AELIVS

VETVS + NPS

MIL. LEG. XIII. G.

S. TIB. V. VIXIT.

LXXXIX.

Albæ.

NUMINI AES

CVLAPIE THY

GIAE - ROSA

NAT . . . OR EX

DISP. POSVIT.


XC.

Albæ.

VICTORIAE

AVG.

LEVCA NVS



XCI.

Alba.

M I N E R V A E
T I B. I V L I V S
N O V I A N V S
LEG.
P O S V I T.

Minerva sapientia, & bonarum artium Dea. Arnobius autem quasi Memineram eandem cum memoria esse putat. Afranius apud Agellium l. 13. c. 8.

Ufus me genuit, Mater peperit memoria,
Sophiam vocant me Graji, Vos Sapientiam.

XCII.

Alba.

H E R C V L I
I N V I C T
P R O S A L V.
C. I V L. M E T R O
B I A N I E T
A E L I A E B O
N A E C O N
I V G. A D A
M A S E X V. P.

Herculi Invicto pro Salute Caj Julii Metrobiani & Aeliae bonae Conjugis adamatae ex voto posuit.

XCIII.

Alba.

F O R I B O N A E
D O M E S T I C S A C R
O P A L. T I N. S E N I L I S
V S L L M.

Fortunae Bonae Domesticum Sacrum Senilis Vovit Solvit Libens Libero Munere.

XCIV.

Alba.

I O V I
S T A T O R I
Q. A B V R N.

V. S.

G

XCIV.



XCV.

Alba.

C. ATRIVS C. F. C. RVSTY

MINA CRESCENC
ARSVLIS. MIL. LEG XIII.
GEM. VIXI . . .

XCVI.

D I A N A E

S A C R V M

Q. P. SINILIS

V. S. L. M.

Uti Diana colebatur, eodem Venatores faces spicatas deferebant, canes suos morbo, ac scabie affectos Deæ sistebant, omni instrumento venatorio ante illam collocato.

Ipsa coronat.

Emeritos Diana Canes, & spicula tergit,

Et tutas finit ire feras. - - - Statius l. 3. Sylv.

XCVII.

Alba.

V I S V O

V I B I V S

P O S T I M

V. S.

XCVIII.

Alba.

G E N I O

T I B. C L A V D I V S

M A N S V E T V S

O B T I O.

OBTIO erat Vicarius minister Centurionis aut Decurionis qui peregre illo proficiscente rei suæ familiari privatisque negotiis curandis adoptabatur.

XCIX.

Alba.

P. AEL. PF. PP. MARCELLO

VE. PP. EX PRAEF. LEG. VII.


CL. ET I. ADIVT. S - - - BPRIN

CIPE PEREGR - - - RVM

SACERIAVI

NIAE PAP.

Princeps Peregrinorum, utique ad salutem peregrinantium tutandam institutus fuerit, magna horum cura habebatur adeo, ut qui his graviter injurius exstitit, ei aqua & igni interdictum fuerit. C.



C.

Albae.

F O R T V N A E
A V G . S A C R . E T G E N .
O C A N A B E N S I V M
L . S I L I V S M A X I M V S
V I I . L E G . I . A D
P F . M A G I S T R A S
P R I M V S I N C A N
E T S I L I A I A . . . P I A
E T S I L I V S . . . M I A V S .

Ci.

Enyedini.

P . F V R I O S A T V R N I N O
C O S . L A E L I V S
M A X I M I L I A N V S
D E C . C O L .

Cii.

Enyedini.

C E T E R I . . .
D I S C O N S
T I B V S
O R E L L I V S
A D I V T O I
I I . V I R . C O L .


Consentes Dii dicti sunt, quasi in eo quod gerendum est Consentes. Martianus Capella l. 1. Ac mox Jovis scribæ præcipitur pro suo ordine, ac ratis modis, cælicolas advocare, præcipue Senatores Deorum, quorumque nomina, quoniam publicari secretum cæleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen eis ex Consensione perfecit.

Ciii.

I V N O N I R E G I N A E
M I N E R V A E
I A N N I V S A T A L I N V S
H O N O R A T V S L E G .
A V G . L E G . X I I I . G E M .
A N T O N I A N A E P R A E F .
C T . A E R A R I I M I L I T A
R I S S O D A L I S H A D R I
A N A L I S C V M G A V I
D I A T O R Q V A T A .

Quid quid ab auriferis ejectat Iberia fossis,
 Dalmatico quod monte nitet

. . . uni parent commissa Ministro. Stat. Papin. l. 3. Sylv. Nempe Præfecto Aerarum.



CIV.

Cibinii.

D. M.

C. CENSORIO

G. FIL. SERENO

E. L. SOLVA

LEG. XIII. GEM.

FVSCIVS SVC

CESSVS ET CENSO

RIVS FORTVNATVS

H. F. C.

Cic. de legg. l. 3. c. 3. Censores populi ævitates, soboles. Familias pecuniasque censeto: Urbis templa, vias, aquas, ærarium vectigalia tuentor, populique partes in tribus distribunto, exin pecunias, ævitates ordines partiuntor, Equitum peditumque prolem distribunto, cœlibes esse prohibentor, mores populi regunto, probrum in Senatu ne relinquuntor &c.

Sub Imperatoribus Censores defuisse ex Tertul. de Pallio c. 4. concludo: Enimvero jam dudum Censoriæ intentionis episcynio disperso &c.

CV.

Ofztroboni.

A VL. CRIS

VOLT

XIII

LORVM INIVRIA ET

NIS VIOLENTIA

DIRVPTVM POPVLO

PLEBIQ. SERGIDA

VIENSI RESTITVIT.

Aulus Crispus e Tribu Voltmia Præfectus Legionis XIII. Geminae pontem bellorum injuria, & annis violentia &c. Sergidaviam quære in Vicinia Sarmize-ægethusæ, seu in Valle Háczeg.

CVI.

Claudiopoli.

M. S. A. M. A. M. M.

XII. N. N. X. RII. DVDA


NVI AVRII VAVIXII AN

EI IVSTHIO II NVNO

SVS. V. Z. ENEI AVG.

POSVIT.

CVII.



CVII.

Claudiopoli.

I. M. N. TAVIATIO PRO SALV
 IMP. ANTONINI ET M. AURELI
 CAES. A. CONSISTENTES
 MVNICIPIO POSVERVNT.

Testatur hic Lapis Claudiopolim municipium fuisse. TAVIATIO
 Lege TRAJANO A Lege M. Milites consistentes municipio posuerunt.

CVIII.

Ostrovovii.

FEBRI DIVAE
 FEBRI SANCTAE
 FEBRI MAGNAE
 CAMILLA AMATA
 PRO FILIO
 MALE AFFECTO P.

Vetula Capularis superstitioso hoc Voto, filii valetudini consul-
 tum ire parabat.


*
*** *
**
* *

Inscriptio LX. Præfetti Municipii Dacorum Jassiorum meminit, quod ad
 Ulpiaë Trajanæ rudera esse non potuit, uti patet e Zarmisegethusanis marmori-
 bus, putarem itaque Præfectum municipii Jassiorum e Moldavia huc adpulisse,
 atque Aurariæ (quæ ubi steterit, vide Minerologiam M. Princ. Transilvaniæ)
 redditibus Locupletatum, Imperatori statuam nuncupasse. Caput Moldaviæ
 Jassy, utique a gente cognomine dictum, istud confirmat. Neque Jassi cum
 Jazygibus Metanastis, aut hi cum Philistæis miscendi sunt. Jazyges Meta-
 nastæ vel ob crebras Danubii trajectiones, vel ob metas & terminos Roma-
 næ ditionis, quibus adjacebant, sic dicti, partem Ungariæ Danubio, Tibisco-
 que fluminibus interjectam incolebant, istud Ptolomæus Geogr. L. III. c. VII.
 & Plinius innunt, Plinium L. IV. c. XII. Zamoscius ita recitat, Campos
 & plana Jazyges tenent, montes vero & saltus pulsi ab his Daci ultra Tif-
 sum annem ad Moros. Quomodo vero Daci pelli poterant, nisi pulsores
 tenuissent partem occidentalem ad Tiffum fluvium. Multis tandem attriti cla-
 dibus Jazyges Metanastæ circa annum Christi 174. imperio Romano pa-
 rere coacti sunt Vide Tacitum Ann. L. XII. & Hist. L. III. & Dionis Epi-
 tome L. XXI.

Quæ igitur hodiernorum Ungariæ Jazygum origo? si commento simi-
 le esse ait P. Timon progeniem aliquam Hunnicam Tibiscum ante Attilanos
 incoluisse, statuendum est Jazygum nomen hodiernis accessisse idcirco, quod

ab Hungaris tertia ex Asia migratione Pannonias occupantibus Jazygum antiquorum Campis, terrisque donati fuerint istorum Majores. Hæc eadem est ratio cur Ismaelitæ, & Philistæi vocabantur hodierni Jazyges, quia easdem terras olim etiam Ismaelitæ seu Philistæi Tocco rerum Domino possederant, Vide Anonym. Belæ 1. Notar. & Ritum explor. verit. per judic. ferri candentis §. XXXVIII. & XLI. Adsciticiam itaque Jazygum Jazvingum, Jazonum hodiernorum vocabulum; nunc. Supremus horum Judex Palatinus est, qui olim judicem ipsis constituebat prouti evidens fit e sequenti.

„ LUDOVICUS DEI Gratia Rex Hungarorum, Fideli suo
 „ Stephano dicto Izopos Judici Jazonum nostrorum, per Dominum
 „ Ducem Palatinum constituto Salutem, & Gratiam. Conqueritur
 „ nostræ & Regniali Majestatibus Scenke de Mysce, quod Tu ex
 „ inductione Bondogacz Jasonis Soceri tui ad Domum & possessio-
 „ nem ipsius Scenke potenti manu venire & vagia & pignora in
 „ eisdem domo & possessione suis recipere nitereris atque velles.
 „ Unde cum nos nolimus ut Tu, & cæteri quipiam Jazones ille-
 „ gitime ipsum Scenke in persona aut rebus audeat molestare, &
 „ dampnificare, fidelitati Tuæ firmissime precipientes mandamus qua-
 „ tenus Tu & dictus Bondogacz ad domum & possessionem ipsius
 „ Scenke venire, & in eisdem pignora illegitime recipere nullate-
 „ nus præsumatis, imo si aliqua pignora jam Tu cum dicto Bon-
 „ dogacz in domo aut possessione ipsius Scenke potentialiter abstu-
 „ lissetis & recepissetis, ex tunc hujusmodi pignora Tu Stephane
 „ dicto Scenke restituas, & prædicto Bondogacz reddi facias dam-
 „ pno, & mora sine omni. Si autem aliquid actionis contra ipsum
 „ Scenke Tu & dictus Bondogacz habetis, id juridicie in Curia
 „ nostra exsequi debeatis, & aliud facere non ausuri in præmissis.
 „ Datum Budæ quinto die festi Epiphaniarum Anno Domini
 „ Millesimo tercentesimo septuagesimo.



MATERIA
TENTAMINIS MATHEMATICI

QUOD
EX PRAELECTIONIBUS

R. P. JOANNIS FRIDVALDSZKY e S. J.

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS MATHESIOS
PROFESSORIS PUBLICI ET ORDINARI.

CORAM

ADMODUM REVERENDO DOCTISSIMO AC SPECTABILI
INCLYTAE FACULTATIS PHILOSOPHICAE

DECANO

P. ADAMO NYIRÓ e S. J.

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORECONTROVERSIAE
FIDEI PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,

ET

TOTA FACULTATE PHILOSOPHICA
SUBIVIT

ILLUSTRISSIMUS

L. BARO JOSEPHUS THOROCZKAY

DE THOROCZKO,

IN REGIO - PRINCIPALI UNIVERSITATE CLAUDIOPOLITANA
MATHESIOS AUDITOR.

EX GEOMETRIA

ET

ALGEBRA ad hanc applicata

QUAESITA AC THEOREMATA EUTHYMETRIAE.



Quid Punctum? Linea? Angulus Acutus Obtusus Rectus? quæ angulorum mensura? quid & quod duplex Triangulum? quid Circulus? Segmentum? Sector Circuli? Anguli contigui vel sunt recti, vel duobus rectis æquales, Verticales sunt æquales, si recta fecerit oblique duas parallelas ex octo angulis alterni, item internus externus, æquantur, interni autem sunt æquales duobus rectis. In Triangulo Ilofceles anguli ad basim sunt æquales duobus rectis. Si in Triangulo anguli alicujus Latus producitur angulus externus est æqualis duobus internis oppositis. In duobus Triangulis si duo Latera cum uno angulo intercepto, vel unum Latus cum duobus angulis adjacentibus, aut tria Latera sint æqualia tota triangula sibi æquantur. Linea basi Trianguli parallela ita fecit Latera ut partes ad Latera, a quibus resectæ sunt similem habeant rationem. In Triangulis æquales angulos habentibus Latera æqualibus angulis opposita sunt proportionalia, proportionum hinc ortarum terminos permutare manente proportione. Ad datas rectas petendas proportionales invenire. Angulus ad Centrum duplex est anguli ad Peripheriam.

QUAESITA AC THEOREMATA EPIPEDOMETRIAE.

Quid Superficies? Quadratum? Rectangulum? Rhombus? Rhomboides? Trapezium? Polygonum?

Rectangulum est æquale factum ex basi in altitudinem, Parallelogramma, & triangula super eandem basim, & intra easdem parallelas sunt æqualia. Figurarum harum omnium area sunt inter se in ratione composita basium & altitudinum, & si easdem

vel æquales habeant bases sunt ut altitudines ac contra. Similium Figurarum areæ sunt in ratione duplicata seu ut quadrata Laterum homologorum. In Triangulo rectangulo quadratum Hypotenuse est æquale quadratis Laterum. Circuli area est æqualis triangulo, cujus altitudo est radius, basis peripheria.

QUAESITA AC THEOREMATA STEREOMETRIAE.

Quid Corpus solidum? Cubus? Prismata? Cylinder? Pyramis? Conus? Parallelepipedum Sphæra? Omnia sunt in ratione composita basium & altitudinum. Similia sunt in ratione triplicata Laterum homologorum. Parallelepipedum per basim Diagonaliter sectum resolvitur in duo prismata æqualia. Omne polygonum regulare est æquale pyramidi cujus basis est æqualis triangulo omnium basium minorum summæ, altitudo vero perpendicularis ad Centrum. Sphæra est æqualis Cono, cujus basis æquales toti superfici Sphæricæ, & altitudo radio.

PROBLEMATATA EVTHYMETRIAE.

Scalam Geometricam construere, & ad hanc calculum Logisticum decimalem applicare. Instrumentis Astrolabio, Goniometrico, Mensula distantiam duorum locorum seu ad utrumque, seu tantum ad alterutrum, seu ad neutrum accessus detur, determinare, Latitudinem Fluviorum, Fossarum investigare. Altitudinem, seu accessam, seu non; ope prædictorum instrumentorum inquirere eandem ope baculorum, umbræ solis, vel speculi investigare.

EPIPEDOMETRIAE.

Areas regulares & irregulares sive ex medio, sive ex peripheria metiri, harum Lineas curvas rectificare. Circuli aream metiri. Ichnographiam Pagi cum adjacentibus, fundis determinare. Et Mensuris duobus Transilvaniæ Hargita nimirum, & Székelykő seu Linea baseos totius operis, Transilvaniem dimetiri. Libellationem instituire, huic calculum in simplici æque, ac composita Libella applicare. Areas omnes ad Geodesiam reducere.

STEREOMETRIAE.

Soliditatem omnium Corporum, etiam informium invenire, Virgam Pythometricam construere.

EX GEOMETRIA CURVARUM.

Naturam Circuli, Parabolæ, Ellipsis, Hyperbolæ, Cycloidis æquatione comprehendere. In Parabola quadratum semiordinatæ, æquale est rectangulo ex abscissa in parametrum, quadrata itaque semiordinatarum sunt inter se, ut earum abscissæ. In Ellipsi quadratum semiordinatæ æquale est rectangulo ex parametro in abscissam dempto alio rectangulo, quod sit ex abscissa in quartam proportionalem ad diametrum parametrum & abscissam; habent etiam quadrata semiordinatarum rationem, quam rectangula segmentorum diametri. In Hyperbola quadratum semiordinatæ æquale est rectangulo ex abscissa in parametrum addito alio rectangulo ex abscissa in quartam proportionalem ad diametrum parametrum & abscissam. In Cycloide abscissa ex semicirculo generatore portio, æqualis est semiordinatæ inter Cycloidem, & abscissam interjectæ. Usus harum Curvarum exhibere.

EX ARCHITECTURA CIVILI.

Quis ortus & progressus, Quæ Ichnographia, Ortographia, Intersectio. Quæ Axiomata—Materia ædificii, fundamentum substructio, Muri, Fornices &c. quibus firmitatis Legibus definiantur. Quid ad Leges commoditatis, & venustatis adineat? Qui ordines Architectonici, eorum proportio, modulus? Unde difficultas præter Tuscanum, Doricum, Jonicum, Corinthium, Romanum alios ordines Architectonicos inveniendi?

EX GNOMONICA.

Quid Horologium Sciatericum regulare, vel irregulare, æquinoctiale? Horizontale? Meridionale? vel aliud declinans? Umbra Styli qui situ æquidistante ad axem mundi e centro circuli paralleli ad æquatorem, perpendiculariter in terræ superficie erigitur, circuli circumscripti peripheriam ita partitur, quemadmodum Sol motu communi dividit circulum diurnum. Triangulum fundamentale delineare, hujus ope æquinoctiale, Horizontale, Verticale quodvis conficere.

